Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Magisq; optabo ad libet
reprehendi · quasiue aberrante
siue ab adulante laudari ·
Nullus enim reprehensor for
midandus est amatori ue
ritatis · Et enim aut inimicus
reprehensurus est · aut amicus ·
Si quidem inimicus insultat · fe
riendus est · Amicus autem si
errat · docendus · si docet
audiendus · Laudator uero
et errans · confirmat errorem ·
et adulans · illicit in errorem ·
Emendauit quidem me · iusti in
misericordia · et arguet me · oleum
autem peccatoris non impingua
bit capitis meum ·
EXPLICIT PROLOGUS ·

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI II ·

I De regulis secundum quas scripturam de
patre et filio loquitur ·
II De his scripturae locis · de quibus dubitatur
an propter assumptam creaturam minorem
patre indicent filium · an uero hoc
tantum quod licet aequalem patri tamen
quia de patre sit doceant ·
III De his qui spiritum sanctum minorem patre
indicant · sed tantum quod de patre
procedit ·
IIII De clarificatione qua pater filium clari
ficat · et filius patrem ·
V Quomodo intellegenda sit missio ·
siue filii · siue spiritus sancti ·
VI Quod sit quod nusquam legitur pater maior
spiritu sancto · aut spiritus sanctus minor patre ·
VII Propositio quaestionis de multimodis
apparitionibus · dicitur quaedam mis
siones appellantur · cum pater missus non
queat dici · sed aut filius · aut spiritus sanctus
cooperante tamen in omnibus trinitate ·
VIII De his quae naturam uerbi diuini uisibilem
praetulerunt ·
VIIII De his qui uolunt filium an carnis
assumptionem fuisse mortalem · ut solus
pater in mortalitate habe credatur ·
X An indiscrete diuinitatis praeter
apparuerit · an aliqua extremitate persona ·
XI De tribus uiris abrahae uisis cum quibus
sicut domino dominus loquitur ·
XII De duobus angelis · qui humana forma
apparuerunt loth · et in quibus dominus singularitate
appellatur ·
XIII De uisione moysi quam uidit in monte
choreb · igne et rubum ·
XIIII De apparitione dei in egypto · ista de
egypto ·
XV De his quae diuinitus gesta sunt coram moyse in monte sina
XVI Utrum deus per suam substantiam moysi ap
paruerit · an per uisibilem creaturam ·
XVII Quod ex persona domini nostri iesu christi dicta
intellegenda sunt moysi · ponam te super
petram · et uidebis faciem meam · et poste
riora mea uidebis · et cetera ·
XVIII De uisione daniheli · in quibus · et patris
et filii persona apparuerit in specie corporali ·